

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus g (2)
cum fonte primo

Ab omni nequicia ←
mundum necesse est esse et dolo qui
cupit regnare cum Christo.
Si uis habere partem cum Christo,
Christi exemplo tibi uiuendum est.

Si sanctorum cupis habere consortium,
a malicie et nequicie cogitatu pectus
emunda

que
non nisi sanctos et
iustos, simplices, innocentes et
puros celestis aula suscipiet.

Ieronymus in quadam epistola. →

Si vis ergo partem habere cum Christo,
Christi tibi exemplo uiuendum est:
qui ab omni malitia et nequitia ita fuit
extraneus, ut ne inimicis quidem vicem
redderet, quin potius pro ipsis orabat.
Nolo enim ut eas animas Christianas
existimes esse, quae aut fratres, aut
sorores non dico oderunt, sed etiam
proximos toto corde conscientiae coram
Dei testimonio, non diligunt: cum
Christiana Christi similitudine, inimicos
etiam amare necesse habeat.

Si sanctorum cupis habere consortium,
a malitiae et nequiciae cogitatu pectus
emunda.

Nemo te circumueniat, nemo fallaci
sermone seducat:

non nisi sanctos et
iustos, et simplices, et innocentes, et
puros coelestis aula suscipiet.

Nullum apud Deum habet locum malitia.

Ab omni nequitia
et dolo mundum necesse est esse, qui
cupit regnare cum Christo.

Auctor incertus (Hieronymus
Stridonensis?), *Epistolae*, 13, 12 (PL 30,
col.173A-B).